

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Suffragium b
cum fonte primo

Non estimemus ad
mortuos quorum curam agimus
peruenire nisi quod pro eis siue altaris
siue orationum siue elemosinarum
sacrificiis solempniter supplicamus,
quamuis non pro quibus fiunt
omnibus prosint,
sed hiis tantum a quibus dum uiuunt
comparatur ut prosint.
Sed quia non discernimus qui sint,
oportet pro regneratis omnibus
facere ut nullus eorum pretermittatur
ad quem hec beneficia possint
et debeant peruenire. Melius enim
supererunt eis ista quibus nec obsunt
nec prosunt quam eis deerunt quibus
prosunt.

Augustinus ibidem (in libro de cura pro
mortuis agenda).

Quae cum ita sint,
non estimemus ad
mortuos, pro quibus curam gerimus,
peruenire, nisi quod pro eis siue altaris
siue orationum siue elemosynarum
sacrificiis sollempniter supplicamus,
quamuis non pro quibus fiunt
omnibus prosint,
sed eis tantum quibus dum uiuunt
comparatur, ut prosint.
sed quia non discernimus, qui sint,
oportet ea pro regneratis omnibus
facere, ut nullus eorum praetermittatur,
ad quos haec beneficia possint
et debeant peruenire. melius enim
supererunt ista eis, quibus nec obsunt
nec prosunt, quam eis deerunt, quibus
prosunt.

Augustinus Hipponensis, *De cura pro
mortuis gerenda*, 18, 22 (CSEL 41, J.
Zycha ed., p.658, ll.8-17).